



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

319. Ut feria quarta ante quadragesimam sacramenta non jurentur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Ut feria quarta ante quadragesimam sacramenta non jurentur. *Ex Concilio apud sanctum Medardum.*

CCCXIX. Ut Missi nostri Comitibus & omnibus reipublicæ ministris firmiter ex verbo nostro denuntient ut à feria quarta ante initium quadragesimæ usque post octavas Paschæ mallum publicum, nisi de concordia & pacificatione, tenere præsumant, neque aliquis juret. Similiter etiam à quarta feria ante nativitatem Domini usque post consecratos dies observent, nec non & jejuniis quatuor temporum, & in rogationibus. Nullus etiam in dominico die placitum teneat, aut sacramentum juret.

Capitula Karoli Calvi tit. 9. c. 7. §. 8. & to. 3. Concil. Gall. pag. 89.

Postremum istud membrum, quod & Helmastadiensis editio Reginonis & manuscriptus liber Parisiensis exhibent, non extat in actis Concilij Suesionensis, neque in Capitulis Karoli Calvi.

De Clerico, si perjuraverit. *Ex Concilio Aurelianensi.*

CCCXX. Si quis Clericus præbuerit juramentum, & post rebus evidentibus detegitur perjurasse, biennij temporis excommunicatione plectatur.

Concil. Aurelian. 3. c. 8.

De his qui sacramento se obligant ne ad pacem redeant. *Ex Concilio Hilerdensi.*

CCCXXI. Qui sacramento se obligaverit ut ad pacem nullo modo redeat, pro perju-

Concil. Hild. c. 7. Haligar. lib. 4. c. 33.